



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 1. Pauperum mors pretiosa, diuitum peßima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](#)

222 Cap. IX. Dinitum, & pauperum  
eodem implicabitur modo. Quod si superfluum  
obiq<sup>z</sup> inutile est, in pecunia fortius multò; & qui  
supra quod satis est, habent, non modo in ipsa suf-  
ficiencia, sed in quibusdam necessarijs impediun-  
tur. Nam qui deforis in agone currunt, & ipse  
exnuunt vestimenta, viam verò in calum feren-  
tem, & eamdem arctam, & arduam, tot cum  
impedimentis, quo modo poteris ambulare? Ve-  
loci enim, & expedito cuiquam penè impossibili-  
est consequi salutem. Quemadmodum ergo,  
qui in altis sunt specubus, à fulmine nonfe-  
riuntur; ita infima fortuna tutissima est: ab  
auditione mala non timebit. Quæ est auditio  
mala? quod fulmen illud? Discedite à me ma-  
ledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo  
& Angelis eius.

Psal. III.  
7.  
Math.  
25.41.

## C A P V T I X.

Qualis diuitum, qualis pauperum mort  
esse soleat?

§. I.

Pauperum mors pretiosa, diuitum pessima.

 I vlla res est, quæ paupertatē com-  
mendat diuitiasque odio dignas  
facit, mors ea profectō est; nā eam  
pauperes læti expectant, & s̄epe etiam op-  
tanū

tant; diuites autem horrent, & execrantiur, & omnibus modis differre, fugere, fallere conantur: illi enim velut ē carcere & vinculis emissi, de calamitate euolant ad libertatem ac gaudia; isti autem à suis delicijs ad metuendum judicem, per mortē, trahuntur. Hinc illi hīc fame, siti, varijsque ærumnis pressi, memores Lazari illius, clamāt:

*Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est!* Psal. 119.  
itemque: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huīus?* Quid ita? Quia pretiosa, in conspectu Domini, mors sanctorum eius. Rom. 7.

Ast verò mors peccatorum pessima. Hinc Scriptura ait: O mors, quām amara est memoria tua, homini pacem habenti in substantijs suis; Psal. 115. Psal. 33. viro quieto, & cuius via directa sunt in omnibus, 22. Eccl. 41. & adhuc valenti accipere cibum? O mors bonum est judicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, defecto atate! Quemadmodum itaq; Lazarus mortem non timuit, sed sperauit; quia nouerat, mortem sibi esse finem malorum, principium bonorum; ita diues à morte abhorruit, quia sciuit eam esse sibi finem bonorum, & principium malorum. Siquidem illi postea dictum est: Fili, recordare, quia receperisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic confortur,

Lazarus

224 Cap IX, Dinitum, & pauperum  
latuer, tu verò cruciaris. Illius crux fuit tem-  
poraria, tua erit æterna; tua voluptas era  
fluxa & breuis, illius semper durabit. Sic ut  
ergo illius mors fuit *pretiosa*, ita tua *peßima*.  
Ad quem finem quisquis respicit, more sapi-  
entum, vtique non solùm patienter, verùm  
etiam libenter fert pauperratē, vt quæ ex-  
itum habet longè lætiorem ac securiorem.

§. II.

Poëticum Exemplum diuitis vitam prolongari  
cupientis.

Lucian.  
in Cata-  
plo, sive  
tyranno.

Quàm autem inuiti sese sinant ex hac vi-  
ta expelli, quibus est aurum, & omnis rerum  
copia, qua sunt irretiti, eleganti dialogo  
Lucianus expressit. In eo enim cùm Cha-  
rontem induxisset de Mercurij, in anima-  
bus sistendis, nimiâ morâ quiritantem;  
Mercurius sudore madens, ac pedibus pul-  
uere conspersis, crebroqüe anhelans, sus-  
pirijsqüe assiduis fatigationem professus;  
tarditatem suam excusat, quod tempus in-  
sumperit, in scelesto quo piam (& monstra-  
bat eum) aufugiente prosequendo. Aufu-  
gisse verò illum, quod diutius vivere cogitare;  
esse autem vel regem quempiam, vel tyran-  
num, quantum quidem ex eiulatu eius co-  
njicere licuerit; nam ingenti quadam ex fe-  
ticiis